

FK.153
122

De Aris veterem et ara ignoti
Dei

Hc
1232

AD
**ACTVM
ORATORIVM**
QVO
**QVATVOR CIVES
GYMNASIO NOSTRO**

D. XXV. APR. MDCCXXXVIII.

VLTIMVM DICENT VALE

OMNES MAECENATES PATRONOS ET

FAVTORES

EA QVA DECET PIETATE ET OBSERVANTIA
INVITAT

GEORGIVS ERNESTVS WALCHIVS
RECTOR.

SCHLEUVNGAE, TYPIS FLEISCHERIANIS.





rae eadem cum sacrificiis gaudent origine; cum vero statim post orbem conditum homines Deo sacrificia obtulerunt, ut sacræ pandætae id de Caino et Abele expressis verbis testantur, nullus dubito adserere, quod antiquitas ararum aequiter mundi conditæ aeratem. In offendis enim sacrificiis virtute necessarijum erat, ut locus excelsus et terram altitudine superans extaret, in quo holocausta et suffitius in honorem Dei immolarentur et cremarentur. Hoc quidem facile largiri possumus, aras patriarcharum pro temporis conditione rudes, impolitas nullaque arte decoratae, quin potius ex terra, vel viridi cespite, vel ex lapidibus, nequitvero caesii, exstruetas fuisse. Errant itaque, qui cum Herodoto, et qui eum sequitur, *Coelio Rhodigino* itauint. Aegyptios omnium primos aras exstruxisse, in iisque Diis suis sacra fecisse. Qui Aegyptiis ararum inuentionem ascribunt, contendere simil solent, Israëlitas, cum in Aegypto versati fuissent, ab Aegyptiis ararum usum, ipsis maxime arridentem, didicisse, et cum, soluta captiuitate Aegyptiaca, in terra Canaan sedem suam fixissent, de exstruendis aris admodum sollicitos fuisse. Hoc quidem negari nequit, Israëlitas Aegyptiacis aris, magnifico ornato effulgenteribus, admodum delecatos, simpliciter et ruditatem, qua ipsorum maiores in exstruendis aris vni fuerant, spreuisse, omnesque cogitationes suas in imitanda pompa et magnificentia Aegyptiorum conlocasse. Deus vero, cui eiusmodi vanitates neurquam curae cordige sunt, Moli Exod. XX. 24. praecepit, ut ipsi aram terream aut lapideam exstrueret, nequitvero ex caesii, quin potius rudibus lapidibus, neque in altum surgentem, ne gradibus ad illam accedere, necesse sit. Vsus ararum successu temporis adeo inualuit, ut vix villam gentem, etiam si omnem humanitatem moresque ad regulas iusti, honesti et decori conformatos, exuisse videretur. inuenies, quae aris absoluisset. Multos quidem in historiarum monumentis legimus populos, quibus templa non lubuit condere, id quod de priscis Persis, Phoenicibus, Celtis aliquis constat; nullus tamen unquam fuit, inter quem nulla inuenienda fuisse aræ sive altare. Sunt quidam, qui inter aram et altare discrimen quodam statuentes, diis superis altaria, terrestribus aras, et inferis focos adsignant, eademque ratione Graecorum *Ερευνας*, *δυολεγμα* et *τριποδος* distingunt. Sed priscos autores hanc distinctionem semper obseruant, haud certe affirmari potest, siquidem diis superis aras, terrestribus altaria etc. saepius tribuunt. Nequitvero credas, aras semper in templis exstruetas fuisse, quin potius multas illarum extra templo hic et illic inuenies. Inueniendas enim erant vel in templis, vel in lucis et iuxta arbores frondosas, vel in cacuminibus montium, vel in aedium summittibus, vel in transitoris agri. Haud vero sibi similia erant haec altaria, sive formam, sive materiam, sive artem in iis respecteris: alia erant ex terra vel viridi cespite, alia ex lapidibus vel politis vel non politis, alia ex metallis, alia ex politis marmoribus. Numerus horum altarium vix ini potest: cum enim supersticio animos hominum ita occuparat, ut omni illi, ex quo vel bonum, vel malum in ipsis redundabat, aut redundare poterat, diuinum quid attribuerent, hinc non mirum, illos hocce diuino etiam honore prosequutos fuisse, in eiusque honorem aras conlocasse, ut boni participes, mali vero expertes redderentur. Non in honorem Deorum Dearumque solum, sed et virorum de patria optime meritorum, virtutum, morborum, pacis et belli, hinc inde aras exstruetas legimus, vnicuique vero altari nomen eius, cui sacratum erat, inscriptum fuit. Varias aras apud priscos deprehendimus, quae omnino obseruant sunt dignae, quibusque in explicandis eruditri multum studii laborisque conlocarunt: omnium tamen notatu dignissima est illa, quam diuus Paulus Athenis oculis suis perlustravit, quaeque *ειναι αγρυπνω* consecrata fuit, ut Lucas Actor. XVII. 23. nos facit certiores. Haec aræ eruditis occasionem praebuit, omnes suas curas, cogitationes, laboresque huic dicto explicando impendendi, quo firmis et veritati consentaneis rationibus ob oculos

oculos ponerent, cuinam Deo haec arae consecrata, et quisnam per *Giov. ayas* intelligendus sit. Eruditos hac in materia in diuersas abiisse partes, quilibet sibi facile persuadere potest. Superfedeo, varias eorum opiniones proferre, quia celeberrimus *Io. Andr. Bosius* hoc labore me exemit, quippe qui in *diff. de ara ignoti Dei*, quae eius *introductioni in notitiam scriptorum ecclesiasticorum p. 516.* adnexa est, multas, easque potiores eruditorum hac de re sententias recenset, et de singulis suum fert iudicium. Vnicam addere licebit, quam non in theologia solum, sed et vniuersa fere eruditione veritatisimius *Gottfr. Olcarus* in *diff. de geslis Pauli in urbe Atheniensium Lip. 1706.* proposuit. Hic per Deum ignotum intelligit celebratissimam Deam sibi, quam Aegyptii prae reliquis diuino sunt prosequuti cultu. De hac Dea constat, quod inuoluta et obiecta facie pieta et efformata fuerit, ita, ut nemini illam, quoad faciem nosse, licuerit, et hac ratione cuiuslibet Dea ignota fuerit. Huic Deae, teste *Plautulo de Iside et Osiride p. 354.* statua erigebatur, cui haec verba inscripta erant: *εγώ ειμί πάντων τὸ γένος, καὶ οὐ κατεσκευόν, καὶ τούτου πεπλοῦ ψεύδει πω θυτος απεκαλύψει. Εγώ σιμον, οὐδε ποτε φάσθηται μεν μένοντα νικηθεντα ποτε πάντας νικάντας.* *Ego sum omne, quod fuit, quod est, et futurum est, peplumque meum nemo unquam mortalium retexit.* Quia itaque Isidis caput factis s. peplo semper velatum, in mystica vero gentilium theologia per pepulum ipsum coelum significarum fuerit, exinde doctissimus *Olcarus* configit, sub hac Iside verum Deum latere, de quo lo. I. 18. dicitur: *Θεον καὶ εὐραῖς παντοῖς Deum nemo unquam vidi.* Notatu omnino dignum est, non Athenienses solum, sed et multis aliis gentiles Deos ignotos coluisse, id quod variis testimoniosis corroborarunt *Bosius l.c. p. 540.* et *Ramirez in Pentecostacho p. 107.* Qua occasione vero Deo ignoto Atheniis arae exstructa fuerit, eruditis in diuersas abeunt sententias, quas in praefenti in medium proferre, breuitas chartae prohibet. Illa sententia, multorum eruditorum assensum adepta est, qua adseritur, quod eclipsi illa, quae tempore mortis Jesu accidit, huic arae condendae occasionem praebuerit. Referunt enim, auctore *Suida, voce: Διονεος*, quod Apollophanes Sophista Dionylio Areopagite, quae renti cauilla huius eclipseos insolitus et ordininem naturae transgredientis, responderit: *η το διεον παραγ, η το παραγοντι συμπαραγ. παραγον παραγ, θεος διο το παραγεθαι ται και εσερευται, αυτ θεος πατιται, αυτ πατιταις νικην αοιτι. Ιενοτος θεος πατιται, περ quem hoc vniuersum obscuratum et vi agitatum est.* Sed haec sententia nullius scriptor coaevit, testimonio nititur, cum tamen vix quidam sibi persuadebunt, scriptores Christianos hoc magni momenti factum, si veritati responderet, silentio fuisse praeterituros. Et quod maximum, Suidas quidem haec verba profert, nullam vero mentionem de arae, eorum causa exstructa, facit. Nimiam Atheniensium *διατελεσματων* sive superstitionem ansam huic arae condendae superpedisse, plane mihi habebo persuasum. Quern enim fugit, Athenienses stolidi superfirione captos, tantam Deorum Dearumque multitudinem diuino prosequutos esse cultu, in eorumque honorem templa et aras exstruxisse, quas vix numerare possumus? Non Deos solum, a quibus salutem et commodum quoddam sibi promittere, sed et virtutes, immo eas res, quae ipsis damno et exitio esse poterant, colebant, iisque aras condabant. Etsi Athenienses tempora arasque Diis sacrauerunt, in metu tamen verfabantur, ne quem Deum praeterirent, qui hunc contremptum suo tempore vlcisci posset: ut itaque hoc metu animos suos liberarent, aram ignoto Deo consecrarent, id est, illi Deo, cuius numini nullam constituisserint aram, quia ipsis nomen et conditio ipsos larvasset. Quo vero in cultum deorum propensissimi Athenienses eo certiores esse possent, se omnibus Diis, etsi ipsis ignoti essent, debitum honorem praefuerint, etiam Diis ignotis aram posuerunt, cuius inscriptionem ex Hieronymo, Philippide et Oecumenio nobis exhibet *Reinesius in theatro Inscript. p. 1.* *Θεοι αιτεονται, και Ευγενον, και Διονυσον Θεοι αγρυπνοι και ζωονται. Διοι Ασιαι, et Ευρωπαι et Λιβυαι Διοι ignotis et peregrinis.* Hanc vero aram non vnam eandemque fuisse cum illa, quam Paulus oculis suis perultrauit, perspicue exinde cognoscere possumus, quia haec Deo ignoto, in singulari, illa vero Diis ignotis, in plurali consecrata fuit. Quod Paulus vero de arae ignoti Dei, non vero de arae ignororum Deorum mentionem faciat, ideo factum esse credo, quia illa ipsis scopo, Atheniens-

ses



SKT 1232

x 2945056

vol 18

ses in doctrina de vero Deo erudiendi, accommodatio fuit. Athenienses vero aliquam notitiam de vero Deo habuisse, non est, quod dubitemus, quia illam non solum ex ore Socratis, Platonis, aliorumque philosophorum, sed et ex libris Sibyllinis hauserant. Illum vero publice profiteri et in illius honorem publica facra celebrare, dubitabant, metuentes, ne ipsi eadem, quae Socrates, fata subire necesse haberent. Interim nemo negabit, multos Atheniensium de vanitate et falsitate ipsorum religionis, aut, ut verius dicam, superstitionis, mente sua conuictos, vnum eumque verum Deum credidisse, qua in fide ab apostolo Paulo confirmati fuerunt. Hoc unicum adhuc addam, Romanos in venerandis Diis ignotis Athenienses imitatos fuisse. Admodum enim vero simile est, Romanos in extrinsoce celebrerrimo templo, quod Pantheon vocarunt, euandem scopum habuisse, quem Athenienses in condendis aris ignororum Deorum habuerunt. Pantheon, sive templum omnium Deorum, ab Agrippa conditum, a Bonifacio IV. Pont. Rom. honori omnium Martyrum, quin immo successu temporis, honori omnium Sanctorum sacramum esse, confitat inter omnes.

Vero me nunc ad id, cuius gratia hae litterae a me exarantur. Ex iis Gymnasii nostri ciuibus, qui studia academica adgredi, secum constituerunt, quatuor crastino die prodibunt, et, ut ipsorum discipulus legibus nostris respondat, publice Gymnasio nostro ultimum dicent vale. Et omnino, cur hi Juuenes bona pace dimittantur, ipsisque debitâ laus impertiantur, non solum, quia omnem ingratianam notam descedentes evitare student, sed et, quia hucusque officiis proborum probatorumque discipulorum fungi, omni cura studioque allaborarunt. Publice testor, illos nulli labore et operae pepercisse, vera eruditio animos suos quo imbuerent, seque, studia academica excepto successu tractandi, capaces redderent. Oritum prauasque voluntates, verae eruditio inimicas, cane et angue peius fugiendo, ea in studiis philologicis philosophicisque iecerunt fundamenta, quibus altera studii rite possunt superfrui. Mores suos ad regulas decori, honesti atque iusti componere, nunquam non studuerunt, quo gratiam Dei hominumque fauorem sibi conciliarent, seque omnibus patronis fautoribusque commendarent. Ut autem non gratum solum beneficiorumque memorem testetur animum, sed et specimen professorum suorum ob oculos ponant, crastino die hora VIII. audita, publice orationes, suo marte stile romano elaboratas, gratiarumque actionem vario idioma et oratione ligata conceptam, recitabunt. Prodibunt itaque

10. MARTINVS MULLERVS, Grossen Gotter Thuringus, de agapis prisorum Christianiorum loquuturus.

CHRISTIANVS LUDOVICVS HERMANN, Schleusing, pluribus euince re conatus, quod religio optimum sit saltem, quo res publica fulcitur.

10. PHILIPPVS PERSCH, Schleusing, ob oculos politurum renouatam Ictorum memoriam, quorum opera Deus in pangenda pace Westphalica usus est. Et

10. LUDOVICVS GOTTFR. TETZNER, Ober-Ellensis, merita Imper. Ferdinandi III. in imperium Germanicum praedicaturus.

Vos, Iuuenes suauissimi, votis ex intimo cordis affectu de promitis merito prosequor, vt Deus auctor et director sit studiorum vestrorum, illisque ita bene ex alto dicat, ut in ipsius honore, familiarium vestrarum splendorem, reipublicae salutem et praecoptorum vestrorum gaudium vergant. Confortum malorum cane et angue peius fugite, verae studere pietati, temporis irreparabilis habete rationem, scopi vobis propiti semper effete memores, omnibus et singulis praestate officia necessitatis et humanitatis, nullius odium, omnium potius fauorem vobis conciliate, neminem laedite et exhibete Deo, quod Dei, et proximo, quod proximi est.

Vos vero, MAECENATES, PATRONI ET FAVTORES, ea, qua decet pietate et obseruantiis obsecro obtestorque, crastino die, sepotis Veneris negotiis, in superiori Gymnasii nostri auditorio frequentes adfisse, et iungenes gratias et benevolie audire, ne dedignemini. Schleusingae d.

anno 1748 in die 24. April. MDCCXXXVIII.

no.

*De Abris veterum et atra ignosi
Dei*

Hc
1232

ACTVM ORATORIVM QVATVOR CIVES GYMNASIO NOSTRO

D. XXV. APR. MDCCXXXVIII.

VLTIMVM DICENT VALE

OMNES MAECENATES PATRONOS ET

FAVTORES

EA QVA DECET PIETATE ET OBSERVANTIA
INVITAT

GEORGIVS ERNESTVS WALCHIVS

RECTOR.

SCHLEVSUNGAE, TYPIS FLEISCHERIANIS.

